

DISPUTATIONIS THEOLOGICÆ

ex dicto Apostolico 1. Ioh. 5. v. 7.

Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater,  
Verbum & Spiritus S. & hi tres unum sunt:

PARS POSTERIOR

MYSTERIUM ὑπεραγίας Τριάδος ex eo afferens,

RESPONDENTE

M. ISAACO FROEREISEN, Argentorat.  
Philos. Facult. Adjuncto

THESIS I.

**V**Indicavimus hætenus Canonicam dicti Johannis, *Ufus dicti*  
de tribus in cœlo testibus, autoritatem, conse- *Apostolici*  
quens est, ut Trinitatis mysterium ex eodem de- *1. Theore-*  
monstremus, atque hac ratione ad usum Theore- *tic.*  
ticum in *διδασκαλία & ἐλιγλω* positum illud applicemus, cui  
postea brevibus etiam practicum ejusdem usum subjunge-  
mus. Proponimus autem hoc generale Theorema. Quic-  
quid de augusto *ὑπεραγίας Τριάδος* mysterio in sacris lite-  
ris docetur, illud in hoc dicto nervosa ac miranda brevi-  
tate comprehenditur, id quod ex sequenti *διεξόδω* erit  
conspicuum. Deducitur enim ex hoc loco. 1. Vocabu-  
lum *Trinitas*. Veteres Anti Trinitarii, præsertim Ariani con- *Ex eo e-*  
tra Orthodoxos semper urgebant, ne nomen quidem Tri- *nim pro-*  
nitatis ac *ὁμοσίας* in sacris literis extare, frustra igitur pro *batur.*  
fidei dogmate illud Ecclesie obtrudi, ut constat ex verbis *1. Trinita-*  
Arii in disp. cum Athanasio coram Probo Laodiceæ habi- *tis nomen.*  
ta tom. 2. p. 373. *Cur Apostolica fidei, ait, superadjicitur verbum,*  
*cujus nec Propheta nec Apostoli mentionem faciunt.* Eorum vesti-  
giis insistant recentiores Photiani, qui itidem sic colli-  
gunt. *Nusquam in Scripturis sacris κατὰ ῥητόν dicitur esse tres*  
*per-*